



Universitätsbibliothek Paderborn

Agenda, Sev Ritvale Osnabrvgense

Franz Wilhelm <Osnabrück, Bischof>

Coloniæ Agrippinæ

Arbor consanguinitatis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41233

Schema Consanguinitatis.

		Abavus. Abavia.
Magnus Propatruus. Magna Proamita.	Proavus. Proavia.	Magnus Proavunculus. Magna Promatertera.
Magnus Patruus. Magna Amita.	Avus. Avia.	Magnus Avunculus. Magna Matertera.
Patruus. Amita.	Pater. Mater.	Avunculus. Matertera.
Frater.	<i>Hypothe.</i>	Soror.
Fili & Filiæ Fratri.	Filius. Filia.	Fili & Filiæ Sororis.
Nepotes & Neptes ex Fratre.	Nepos. Neptis.	Nepotes & Neptes ex Sorore.
Pronepotes & Pro- neptes ex Fratre.	Pronepos. Proneptis.	Pronepotes & Pro- neptes ex Sorore.
	Abnepos. Abneptis.	

*Pro majori directione præcedentis Schematis,
sequentes nota regulas.*

Prima. In linea recta tam ascendentium quam descendentium quot sunt personæ, tot sunt gradus, una dempta, scilicet stipite; v. g. Pater & Filius sunt consanguinei in primo gradu, Nepos & Avus in secundo gradu, &c.

Secunda.



Secunda. In linea transversa equali (que est inter personas à communi stipite aequaliter distantes) quot gradibus persona singula à communi stipite distant, totidem distant inter se; unde Frater & Soror sunt in primo gradu linea transversa, patruelis & consobrini in secundo, Filii corundem in tertio.

Tertia. In linea transversa inaequali, seu inter personas inaequaliter distantes à communi stipite, quot gradibus remotior persona distat à stipite, tot gradibus distant inter se: unde Patruus & Nepos, Filius & Soror patris, sunt consanguinei in secundo gradu. Quæ omnia patent in adjuncto Schemate.

Si forte coire nequibus; scilicet ratione impotentia. Atque haec sunt quæ matrimonium etiam contractum dirimant. Reliqua per se sunt clara.

Impedimenta, impedientia Matrimonium.

Prater peccatum mortale & excommunicationem, sex potissimum reddunt matrimonium moraliter illicitum; scilicet:

Ecclesiæ vetitum; nec non Tempus feriatum;
Atque Catechismus, Crimen, Sponsalia, Votum;
Impediunt fieri, permittunt facta teneri.

Dicitur primo, Vetitum, id est, prohibitio Ecclesiæ; quæ fit ab Episcopo vel Parocho ob dubium impedimenti alicujus vel inhabilitatis inter copulandos.

Dicitur secundo, Tempus feriatum, quod secundum Concil. Trident. Seff. 24 de Reformatione, incipit nunc ab Adventu Domini usque ad Epiphaniam inclusive; & à die Cinerum usque ad Octavam Paschæ inclusive: quibus tamen temporibus non prohibetur contractus aut consummatio Matrimonii, sed tantum solemnitas nuptiarum, v. g. Benedictio, deductio Sponsæ solemnis ad domum Sponsi, convivia nuptialis, &c.

Dicitur tertio, Catechismus; quod impedimentum contrahitur ab eo, qui respondet pro infante, quando supplementur Cerimoniae